

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Deus non facit miracula sine neceßitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

378 De CALCEIS HEBRÆOR.
& adolescentum crevisse uti cum
cochleis conchæ.

VII. Est præterea hoc certissi-
mum , nunquam , nisi cum summa
id exigeret necessitas , à Deo
patrata miracula fuisse. Cum Man-
na de cælo plueret , aut aqua ex
petra profiliret , fame fere con-
ficiebantur Hebræi , & siti pre-
mebantur intolerabili , nihilque
erat in vastis illis Arabiæ desertis
quo famem compescerent , & sitim
sedarent , nisi ipse Deus cibum &
potum extra consuetas naturæ le-
ges præberet. Talis necessitas
nunquam fuit , ut vel de vestimen-
tis vel de calceis tam insigni mi-
raculo Hebræis prospiceret supre-
num Numen. Nam ostendemus ,
ut opinor , clarissime , aliis ratio-
nibus hoc potuisse præstari , ut
non necesse fuerit vel vim incor-
ruptam calceis indere , vel crescen-
di facultatem , ut cum pedibus in-
fantum crescerent , uti cum coch-
leis conchæ. Tum illud quoque
observandum est in summa fame
& siti , Deum famem & sitim non
sedasse nullo cibo & potu , vel cibo ,
quem mittebat de cælo , & potu ,
quem

quem præbebat petra, eam indi-
disse virtutem, ut in posterum ne-
que esurirent, neque fitirent, quale
propemodum miraculum in Elia 1. Reg. 19,
8.

deprehendimus, qui virtute cibi &
potus per quadraginta dies iter
confecit, sed panem singulis die-
bus misisse, & aquam ex petra
ipsos sequi jussisse. Quis ergo cre-
det vim incorruptam calceis fuisse
inditam, aut crescendi facultatem,
ut iisdem calceamentis quibus in-
duti fuerant in Ægypto per qua-
draginta annos in Arabiæ desertis
errarent, cum Deus ne quidem
hac in re naturam rerum mutave-
rit, ut sine cibo & potu vitam
ducerent, aut virtute cibi per ali-
quot dies saltem vagarentur, quod
Eliæ contigit. Quare de vulgata
hac opinione semper dubitavi, &
aliter sacram historiam censui in-
terpretandam.

VIII. Memini me, cum hæc
animo volverem, sermonem ali-
quando habuisse cum magno docto-
re meo Johanne Georgio Græ-
vio, qui affirmabat sibi videri
virum doctum verum vidisse,
qui hoc beneficium, quod Moses

com-